



**Geschichte der geistlichen Stiftungen, der adlichen
Familien, so wie der Städte und Burgen der Mark
Brandenburg**

[Urkunden-Sammlung für die Orts- und spezielle Landesgeschichte]

Riedel, Adolph Friedrich

Berlin, 1863

CXCVIII. König Wladislaw compromittirt wegen der Streitigkeit mit dem
Orden über Driesen auf 4 Schiedsrichter, am 31. Dezember 1428.

Nutzungsbedingungen

[urn:nbn:de:hbz:466:1-55861](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-55861)

honorabilem Nicolaum de Kiky, Archidiaconum Gneznensem, magnificos Martinum Slawsky, Castellatum Calisiensem et Petrum Cordebog, Subcamerarium Poznaniensem, aut in duos ex eisdem, qui ad infra-scripta comode poterint interesse, tamquam arbitros, arbitratores, amicabiles compositores et bonos viros, juramento per ipsos, si necesse fuerit, previo, quod secundum Deum et iusticiam, non prece, precio, amore, favore, gracia vel odio ad cognicionem, diffinicionem et decisionem granicierum premissarum intendent; predictas granicies cum alijs duobus arbitris, arbitratoribus, amicabilibus compositoribus et bonis viris, pro parte Magistri et Ordinis predictorum cum simili potestate datis vel dandis, deputatis seu deputandis, cognoscant, decident, limitent et distinguant; super ipsisque et earum occasione scripto vel sine scripto dicant, faciant, diffiniant et pronuncient semel vel pluries, aut successive diebus feriatis et non feriatis, sedendo vel stando, quando-cumque, quocumque, qualitercumque et ubicumque, omni juris solemnitate et cognicione obmissa: promittentes stare, parere, obedire et non contravenire de jure vel de facto, aut aliqua ratione vel causa, omni laudo, arbitrio, facto, diffinicioni et pronunciacioni eorum, que super graniciebus predictis et eorum occasione dixerint, pronunciarint, diffiniverint aut arbitratj fuerint, sub penis quibuscumque inter nos hinc inde pronunciaciendis, interponendis et vallandis. Harum nostrarum vigore literarum, quibus sigillum nostrum est appensum. Datum in Medica, quinta die mensis May, anno domini millesimo quadringentesimo vigesimo septimo. Ad relacionem venerabilis Stanislaj Czolek, Vicecancellarij Regni Polonie etc.

Aus Rzyszczewski et Muczowski Cod. Pol. II, p. 842.

CXCVIII. König Wladislaw compromittirt wegen der Streitigkeit mit dem Orden über
Driesen auf 4 Schiedsrichter, am 31. Dezember 1428.

Nos Wladislaus, Dei gracia Rex Polonie, Lithuanieque princeps supremus et heres Russie etc. significamus tenore presentium quibus expedit uniuersis, tam presentibus quam futuris presentium noticiam habituris, quod de nostra certa sciencia Compromittimus per presentes In strenuos et Nobiles Martinum de Slawko, Castellatum kalisiensem, Petrum Curdebog, subcamerarium poznaniensem, Sigfridum de Stegelicz in Ryez et Buccardum de Gunterberg in kalisiensi heredes de alto et basso de et super limitacione granicierum prope Dreffno super quibus inter nos ab una et Magnificum dominum Paulum de Ruffsdorf Ordinis beate Marie virginis domus theutonicorum de Prussia Magistrum generalem et suum Ordinem partibus ex altera questio est suborta, Stabimusque, obediemus et parebimus cognicioni, discussioni et determinationi prefatorum Martini, Petri, sigfridi et Buccardi tamquam arbitratorum super probacione potiorum, iurium, limitum predictorum iuxta tenorem et continenciam littere sub sigillo preclari principis domini Alexandri alias Witoudi, Magni Ducis Lithuanie, fratris nostri charissimi pendenti sub dato in Welunia decima octaua die mensis Maii Anni domini Millesimi Quadringentesimi vicefimi tercii et aliarum cedularum hincinde indentarum seu excisarum sigillis nostro et prefatorum dominorum Magni Ducis et Magistri quantum ad istum sigillatis, sub dato in Grodno, feria secunda

proxima post festum sancte Lucie uirginis et martyris gloriose, Anni Domini Millesimi Quadringentesimi vicefimi quarti. Promittimus insuper ratam, gratam atque firmam habere, tenere et seruare cognitionem, discussionem et determinationem, seu quidquid per prefatos Arbitros pronunciatum sententiatumue fuerit in premisis et quolibet premisorum. In cuius rei testimonium sigillum nostrum presentibus est appensum. Actum et datum in Trocki, feria quarta in uigilia Circumcisionis domini, Anno eiusdem Millesimo Quadringentesimo vicefimo octauo.

Copia Compromissi Regii.

Nach Racynsky Cod. dipl. Litth. S. 333.

CXCIX. Polnische Prälaten und Barone bitten den Hochmeister, Vasallen der Krone, welche Güter in der Neumark besitzen, von dem Gerichtsstande vor den Ordensbeamten zu befreien, am 11. Juni 1431.

Venerabili ac Magnifico domino paulo de Ruffdorf, Ordinis Theutonicorum beati Marie de Prussia Magistro generali, in sui absentia dominis marschaleo et Commendatoribus fautoribus nostris dilectis. Venerabilis et prestantissime fautor et Amice noster carissime. Hodie nobis hic in Conuentione presentibus Nobilis Wedelfzii Serenissimi domini nostri Regis ejus Wafalli et Omagiales nostram acceperunt presentiam exponentes, Qualiter de quibusdam bonis, que in districtu Nowe marchie possident, sub uestra dicatione, quamuis in Regno predictum domicilium cottidianum continent, Ad uestram et uestrorum officialium trahuntur presentiam iudicandi, prefertim occasione quorundam Armigerorum Regni huius hostium, qui publicis infidiis eius cominabantur incomoda, quos swafu consilii eorum, quos ipsis prefatus dominus noster mandauerat audiendos, tamquam fideles wafalli et seruitores prefati domini nostri Regis et Regni a proposito ipsorum peruerso vi Armorum communium represserunt nec aliquod obprobrium vel preiudicium inde ordini uestro uel ejus subditorum emerfit. Recenti autem adhuc subsunt memorie capitula condiciones et articuli concordie concepti inter Regnum et ordinem, quorum Regulacioni circa iudicia subditorum partis Regni et ordinis inniti debuerunt, a quibus pars Regni nunquam declinauit sed firma semper ea seruauit constantia et seruabit. Quocirca petimus et in desiderio optamus, quatenus prefatos Nobiles Jurisdictioni Regni suppositos a foro suo trahere differatis usque felix auspiciu presentis mutuis inter uos arridebit. Datum in Sezoda, die dominica proxima ante festum Sancte Pasche (Paule?) uirginis Anno domini Millesimo quadringentesimo XXX primo.

Prelati et Barones Majoris polonie in hac Conuentione et dieta congregati.

Nach Racynsky Cod. dipl. Litth. S. 348.